"Haec scientia versatur circa ens in quantum ens, et circa eius proprias passiones, ad cuius probationem propono duo :

Primum est, quoniam ens et proprietates suae, ut unum et multa, et idem et diversum, etc., sunt termini communissimi, a quorum cognitione pendet sequentium cognitio (ignoratis enim primis impossibile est sequentia scire). Necesse est ut in aliqua scientia considerentur. Etsi dicat aliquis, quod sufficit in aliqua scientia considerare ens, quoniam ingreditur conceptum omnium, non autem est necesse considerare ea quae sunt accidentia entis.

Contra determinatum est in primo Poster. quod eiusdem scientiae est determinare de subiecto et de passionibus sive proprietatibus, quae per se convenient subiecto, ut qui considerat numerum considerat parem vel imparem. Ergo eiusdem scientiae est considerare ens et quae per se convenientur enti. Dico autem quae per se convenient subiecto ad differentiam eorum, quae convenient per accidens, et quoniam quae per se convenient inferiori, per accidens convenientur superiori, siout esse visibile per se convenient homini, sed animali convenient per accidens : nam potest inveniri animal sine visibili, non autem homo, ideo quae convenient per se partibus entis, ut enti mobilis esse in loco, habere materiam, et enti quanto esse divisibile in partes quantitativas, per accidens convenient enti in quantum ens, nam datur ens sine loco, et sine materia, et sine divisione quantitativa, ut declarabitur in duodecimo libro. Ideo huiusmodi proprietates non sunt considerandae in scientia de ente in quantum ens. Quae autem convenient enti in quantum ens, sunt ea, quae convenient cuilibet enti divisim, ut unum vel multa, idem vel diversum, simile vel dissimile. Et haec consideranda sunt in scientia, quae est de ente in quantum ens.

Secundum est, quod scientia considerans ens in quantum ens non est aliqua ex scientiis speculativis particularibus, quales sunt Physica et Mathematica : istae assumunt sibi partem subjectivam entis circa quam occupantur, et considerant per se accidentia illius partis, siout Mathematica assumit sibi numeros et magnitudines et considerat de eis, et de suis per se accidentibus, ut de recto et curvo, de pari et impari, et Naturalis, assumit sibi, ut inquit Commentator in commentario primo, ens mobile, et considerat de accidentibus eius secundum quod est mobile ut de motu, de loco, de tempore, etc.

Ex his duobus concluditur, quod Metaphysica est illa scientia, quae versatur circa ens in quantum ens, et circa eius per se accidentia. Et probatur sic : Scientia considerativa universalium causarum et principiorum entis in quantum ens, versatur circa ens in quantum ens, et eius per se accidentia : eiusdem enim scientiae est considerare subiectum et principia et causas subiecti, ex primo Post. Sed, ut dictum est in Proemio huius scientiae, ipsa considerat principia et causas universales entis in quantum ens, cum sit simpliciter sapientia. Ergo... etc. Et confirmatur, quoniam antiqui, quaerentes prima et altissima principia, quaerabant principia entis. Unde qui posuerunt tantum principia materialia dixerunt philosophiam naturalern esse primam Philosophiam, arbitrantes sola corpora esse ens. Patet igitur Metaohysicam versari circa ens in quantum ens. Haec de primo capite dicta sint" (*Epitome*, Lib. IV, Tract. I, cap. 1, p. 384b). Cf. VI Met. cap. 1, p. 414b, 415a.

sino el ser en la aprehensión clara y distinta, con advertencia de sus implicaciones y virtualidades (43).

5) El ser que es objeto de la Metafísica, no es el ser de razón, ni el ser común al ser real y de razón(44).

6) Distingue perfectamente la Metafísica de la Lógica. Aunque tengan la misma amplitud en cuanto al objeto material, difieren totalmente en cuanto al objeto formal (45).

7) El ser que es objeto de la Metafísica es el ser que se convierte

(43) "Metaphysica non est inventa, ut cognoscamus terminos universalissimos, quoad conceptus confusos. Haec enim est cognitio diminutissima et imperficiissima. Sed ut cognoscamus quod conceptus distinctos et claros et resolutos, et cognoscamus eorum amplitudinem, quoad continentiam suorum inferiorum, puta omnes modos essendi. Omnia generalissima, et quae sub eis. Et haec quidem cognitio est difficillima, ideo Metaphysica est ultima ordine doctrinae, et in hoc sensu locutus est Aristoteles in Prooemio sua Met. cum dixit: difficilia sunt homini ad discendum quae sunt maxime universalia, nam a sensibus sunt remotissima. Stat ergo quod primo cognoscamus terminos universalissimos quoad conceptus confusos: Et quod Metaphysica sit ultima ordine doctrinae, quoniam in ea non quaerimus corum cognitionem confusam, sed distinctam in ratione diffinitiva et contentiva suorum inferiorum" (*Tractatus de transcendentibus*, cap. 1, ed. cit. p. 459b, 460a).

(44) "Dicitur ens reale (el objeto de la Metafísica) ad differentiam entis communis enti reali et rationis, quoniam ut sic in nulla scientia est subiectum. Nullam enim dicit unitatem, sed tantum unitatem vocis. Ens autem reale dicit unitatem univocationis secundum Scotum, vel analogiae secundum B. Thomam, et propterea potest esse subiectum in Metaphysica, sicut et in Logica subiectum est ens rationis, quod Aristoteles in Lib. VI dicit praetermittendum a metaphysico" (*Oraeiones*, super Lib. I Met. q. 1, Ed. cit. p. 710ab). Cf. *Tract de transcendentibus*, cap. 1, Ed. cit., p. 460a, *prima divisio*.

(45) "Nec obstat quod dicit Philosophus in IV lib. quod metaphysici et logicus loquuntur de omnibus et sic convenient in ente, ubi et Commenatator ait quod convenient in subiecto: Illud enim intelligendum est de subiecto materialiter et non formaliter sumpto. Nam alia ratione considerat metaphysicus de ente et de qualibet ente, et alia ratione logius. Metaphysicus quidem sorutatur veram entitatem cuiuslibet entis ut entitas est: logicus autem ideo considerat de omnibus prout cuiilibet enti attribuit aliquam ex intentionibus secundis, vel considerat de omnibus procedendo ex aliquibus communibus; metaphysicus autem procedendo ex propriis. Et ideo discursus metaphysicus scientiam generat; logicus autem opinionem tantum. Loquendo ergo de subiecto adaequato et secundum suam rationem formalem non convenient metaphysicus et logicus. Et tu adverte inquit aliqui brevius respondentes dicunt Aristotelem et Commentatorem intelligere de subiecto communissimo, et non de adaequato. Sed id non videtur consonum, quoniam Aristoteles in primo textu eiusdem libri iam proposuerat quod est aliqua scientia quae speculatur ens in quantum ens: et secundum Commenatorem illuc agit de subiecto proprio huius artis, ut distinguitur a subiectis aliarum scientiarum. Ergo continuando textum philosophi rationabile est quod in sensu eodem loquatur de subiecto in textu quinto. Ideo tu tene primam rationem, quae etiam consonat B. Thomae illic exponenti" (*Quaestio I* super I Met., ed. cit. p. 710b).

con los demás trascendentales y se divide en los diez predicamentos, es decir, el ser en cuanto *esencia* (46).

8) Dios, aunque sea el término último y principal, a que aspira el Metafísico, no es, sin embargo, el objeto (*subiectum*) propio o adecuado de la Metafísica. Entra en ella como causa del propio objeto (47). No está suficientemente claro en el texto que transcribimos si Javelli, al negar que Dios sea el *subiectum* de la Metafísica, quiere decirnos que Dios no es el *subiectum* adecuado total, pero sí parte del *subiectum* adecuado; o más bien que Dios ni es el *subiectum* adecuado de esta ciencia ni parte de él, aun reconociendo que a Dios se le puede conocer desde el *subiectum* propio de la Metafísica (48). Hago

(46) "Adverte quod propriae passiones entis in quantum ens sunt praedicta convertibilia cum ente, ut sunt transcendentia..., et haec considerantur a metaphysico, quoniam, ut dicemus in IV Lib., eiusdem scientiae est considerare subiectum et ea quae per se convenient ei. Partes autem entis sunt illa in quibus dividitur ens universale. Haec autem sunt substantia, accidentis, ut quantitas, qualitas, ad aliquid, et reliqua praedicamenta; potentia, ut materia; actus, ut forma; necessarium, contingens, dependens, independens, finitum in esse, infinitum in esse. Et de his omnibus pertractabit Philosophus in libris sequentibus, nam... sicut scientia medicativa habet considerare omnes modos salubris, sic prima philosophia omnes modos entis" (*Epitome*, Lib. I, tract. I, cap. 2, p. 358b 359a). Cf. *Tract. de transcendentibus*, cap. 1, p. 462b.

(47) "Ad rationem secundae opinionis dico quod non concludit aliud nisi quod Deus et entia divina sunt principalia et ultima considerata, ad quae pertinere possit metaphysicus. Ex hoc tamen non sequitur quod sint subiectum, et praeципue subiectum adaequatum ut intendimus, quoniam huiusmodi subiectum debet esse universale consideratum, id est, quod omnia considerata in scientia habeant ordinem ad ipsum, et sit illud cui attribuuntur omnes proprietates et passiones consideratae in scientia. Constat autem quod Deus et divina entia non sunt universale consideratum in hac scientia, nec eis convenient omnes passiones metaphysicales. Non enim Deus est unum et multa, idem et diversum, actus et potentia, possibile et necesse. Optime autem verificantur de ente universalis, quoniam in se comprehendit omnes modos essendi, unde aliquod est unum, aliquod est multa, aliquod est in potentia, aliquod est in actu, etc. Nec obstat quod dicitur Metaphysicam esse de abstractis a materia secundum esse et secundum rationem, quoniam id non solum convenit Deo et substantiis divinis, de quorum ratione est quod non sunt in materia, sed et enti universalis et passionibus eius, quoniam non est de eorum ratione quod sint in materia: aliter omne ens, omne unum, omne verum, omnis actus, omnis substantia, etc., essent in materia. Discuntur ergo abstrahere a materia, quoniam in sua latitudine est invenire aliquod quod non est in materia, et aliquod quod est in materia. Hoc autem non contingit in latitudine entis mobilis, quoniam omne mobile, ut dicetur in Lib. VIII, de necessitate habet materiam; nec in ente quanto, quoniam omnis quantitas consequitur substantiam ratione materiae. Propterea de ratione entium naturalium est materia, et habent esse in materia. Metaphysica autem, licet abstrahat a materia secundum diffinitionem, non tamen secundum esse" (*Epitome*, Lib. I, tract. I, cap. 2 p. 358b).

(48) Efectivamente, que el tratado de Dios pertenezca a la Metafísica lo señó claramente desde la primera obra:

"Nam si est aliquod ens immobile, sempiternum et separatum a materia secundum esse, constat quod ad hanc scientiam pertinet: nam Physica, licet sit theo-

aquí esta precisión de crítica textual, porque Javelli en la tercera de las obras que estamos citando (las *Quaestiones*), escrita hacia el final de su vida (en 1532, según Quetif-Echard, y él muere en 1536 —49—) sostiene con gran tesón que Dios es parte del *subiectum* adecuado de la Metafísica, el cual tiene esta fórmula definitiva en nuestro autor: el ser real en cuanto ser, común a Dios y a las criaturas. Esta es su última tesis frente a Domingo de Flandes (50).

rica, versatur tantum circa entia mobilia, ut dictum est; et Mathematica, licet sit theorica, versatur tantum circa quantitatem continuam aut discretam, quae licet ut consideratur a mathematico abstrahat a motu, tamen secundum esse est inseparabilis a materia, ut determinabitur in Lib. VII. Pertinet ergo ad scientiam priorem et digniorem Physica et Mathematica. Talis autem non datur nisi haec scientia. Et quoniam entia immobilia separata et aeterna sunt maxima et prima entia, et maximum et primum est causa aliorum, ut dictum est in II Lib., ideo haec scientia considerat primas et universales causas horum sensibilium, quae in XII libro dicemus substantias abstractas, et praecipue primam" (*Epitome*, Lib. VI, cap. 1, p. 415b).

A continuación explica que esta ciencia, por razón de este objeto separado, divino y honorabilísimo, se llama también *Theología*.

(49) *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, II, 105a.

(50) Al exponer en esta obra las opiniones sobre el objeto de la Metafísica recuerda aquélla de las substancias separadas. Se entretiene en probar que ésta no fue la opinión de Averroés, aunque se le viene atribuyendo al Comentariista árabe. La segunda opinión que refiere en esta obra es la de Domingo de Flandes, que no convence a los tomistas más enterados:

"Secunda opinio est quae tenet subiectum huius scientiae esse ens, non quidem simpliciter sumptum, sed ens reale finitum divisum in decem praedicamenta, quod solet dici ens praedicamentale. Et hanc opinionem sequitur Dominicus Flandrensis in quaestionibus suis metaphysicalibus, et dicit eam esse ad mentem B. Thomae. Et quoniam peritiores thomistae reputant id esse falsum, ideo adducam rationes suas et solvam..."

Quantum igitur ad rationes Flandrensis adverte quod modicae sunt efficaciae, et sunt istae:

*Prima*. Subiectum in Metaphysica est illud, cuius principia et causas quaerimus. Sed in ea quaerimus principia et causas solius entis praedicamentalis, eo quod ens ut ens non habet causas: aliter omne ens haberet principium, et sic principia, et non esset devenire ad primum ens, cuius oppositum demonstrabitur in libro XII.

Respondeo: Negatur minor: nam manifestabitur in lib. VI quomodo haec propositio est vera: ens ut ens habet principia; et declarabitur tam de principiis complexis quam incomplexis...

*Secunda*: Si ens commune Deo et creaturis est subiectum in hac scientia, pari ratione ens commune enti reali et enti rationis, quoniam utrumque sub ente, ut ens est, continetur. Et tamen hoc est falsum quoniam Logica tantum considerat de ente rationis. cum sit subiectum in ea, et quoniam Aristoteles in Lib. VI excludit ipsum a Metaphysica.

Respondeo: Negatur consequentia. Non enim est eadem ratio, quoniam dum Metaphysica sit scientia realissima, convenit ei subiectum reale. Ens autem commune enti reali et enti rationis non est quid reale, sed ab utroque abs-trahit.

*Tertia*: Omnes conditiones subiecti adaequati ita possunt attribui enti praedicamentali, siout enti communi Deo et creaturae.

Respondeo: Negatur antecedens, quod nec ipse probat. Falsitas autem eius constat ex hoc quoniam ens praedicamentale non adaequat conditionem Me-

9) El objeto adecuado de la Metafísica es el ser real en cuanto ser, y en quanto comprende a Dios y a las criaturas (Cf. final de la nota 50). Antes de pasar a la prueba, nos explica el sentido del nuevo término :

"Dicitur commune enti finito et infinito, quod tu non intelliges quantitatively, sed essentialiter, quod exponitur per creatum et increatum, sive per productum et improductum, quoniam, ut rationes pro conclusione probabunt, metaphysicus non solum versatur circa ens praedicamentale, sed circa ens reale, prout verificatur de quolibet ente reali per se. Constat autem quod non solum ens finitum est ens reale per se, sed et infinitum, ut Deus est ens reale per se, imo realissimum, cum sit perfectissimum" (51).

*Razón de ello :*

*Primera*, porque las propiedades y diferencias que se estudian en Metafísica pertenecen a todo ser real, y no sólo al ser real predicamental (52).

*Segunda*, porque de lo contrario habría que poner, además de la

---

taphysicae. Considerat enim de passionibus entis, ut declarabitur in Lib. IV, quae non convertuntur cum ente praedicamentali; imo praecedunt ens divisum in decem praedicamenta.

Tertia opinio, quam reputamus ad mentem Aristotelis et Comment., et Avicennae in I sua Met., et Algazelis, et domini Alberti, et B. Thoma et Scoti est haec: ens reale per se commune finito et infinito, id est, creato et increato, est subiectum adaequatum in hac scientia" (*Quaestio prima*, cap. 1, p. 710a).

(51) Ib., p. 710b.

(52) "Illiud est subiectum in Metaphysica, cuius passiones primo et per se convenientes ei considerantur in Metaphysica. Haec patet, quoniam est conditio requisita in subiecto cuiuslibet scientiae. Sed entis realis per se passiones primo et per se ei convenientes primo et per se considerantur in Metaphysica. Haec patet, quoniam ut declarabitur in IV lib. passiones primo et per se entis sunt transcendentia, et actus et potentia, et finitum et infinitum entitative, et istae considerantur in Metaphysica, ut patet in Lib. IV et IX et X.

Sed adverte quod Flandrensis conatur hanc rationem solvere dicens quod metaphysicus non considerat passiones entis, nisi ut dividitur in decem praedicamenta. Similiter, nec ipsum ens, cuius signum dicit esse quod Philosophus in lib. V, in cap. de ente, dividit ens, quod posuerat in IV lib. subiectum Metaphysicae, in decem praedicamenta.

Sed haec responsio rudis est, quoniam Philosophus in Lib. IV, textu 1, dicit quod est quaedam scientia quae speculatur ens in quantum ens, et quae huic insunt secundum se. Exemplificans autem in textu 5 de his quae per se insunt enti, nominat unum, et infra nominat species unius, et dicit ad eandem scientiam pertinere considerare de ente et de uno. Sed unum et alia transcendentia non consequuntur per se, sumendo per se convertibiliter, ens praedicamentale, imo ens realis. Aliquod enim est ens et unum et bonum et verum, quod tamen non est in praedicamento, puta prima causa" (Ib. p. 710b, 711a).

ciencia sobre el ser predicamental, otra ciencia sobre el ser en universal (53).

#### 6.—DOMINGO BÁÑEZ, O. P. (1528-1604).

Aunque no le hemos visto ocuparse del objeto de la Metafísica, a no ser incidental y brevemente al hablar de la Teología, por ser un gran metafísico, que ha tratado ampliamente el tema del ser y de la existencia, debemos recoger su interpretación del pensamiento de Santo Tomás sobre ello.

1) Báñez reconoce una doble composición real interna en las sustancias materiales: una, que él llama *física*, en la línea de la esencia: *materia-forma*; y otra, que él llama *metafísica*: *esencia-existencia* (54).

2) Báñez se ha detenido en la cuestión de la distinción real de esencia y existencia. La tesis de la distinción real "tanquam res a re" le parece más conforme con la razón natural y con los datos teológicos (55).

(53) "Cum ens in quantum ens habeat passiones de ipso demonstrabiles, ut declarabitur in IV lib., est vere scibile. Ergo in aliqua scientia debet esse subiectum. Non in Physica nec in Methermatica... Si ergo non est subiectum in hac scientia oportet dicere aliam scientiam universalem distinctam ab hac scientia, quod est falsum, quoniam tunc essent quatuor philosophiae speculativae, quod est contra Aristotelem in Lib. VI; et illa quarta esset prima, et universalis scientia, quoniam esset de primo et universalissimo subiecto. Ex consequenti falso attribuisset Aristoteles huic scientiae nomen Prima Philosophiae et nomen Sapientiae" (*Ibidem*, p. 711a).

(54) "Neque est inconveniens quod in rebus materialibus sit una compositio physisca ex materia et forma, et altera metaphysica ex esse et essentia. Neque inde sequitur quod ipsum compositum sit unum per accidens. Quoniam tota compositio physisca ex materia et forma habet se ut potentia in altera compositione metaphysica ex esse et essentia. Quoniam ipsum esse actuat totam substantiam compositam ex materia et forma. Caeterum est maxima differentia inter has duas compositiones, quod prior compositio est ex partibus intrinsecis et essentialibus; altera vero compositio est ex tota essentia et actu ab extrinseco superveniente tanquam termino compleiente dependentiam totius essentiae creabilis ex nihilo. Atque ita non est pars essentiae, sed recipitur in essentia" (*Scholastica Commentaria in Primam Partem Summae Theologicae Sancti Thomae Aquinatis Doctoris Angelici*, q. 3, a. 4, dubio 2, ad sextum. Salamancae, 1585, col. 224).

(55) "Pro decisione veritatis sit nobis.

Prima conclusio: *essentia et esse non sola ratione distinguuntur.*

Secunda conclusio: *multo probabilior sententia est et ad rem theologicam magis accommodata, quod esse realiter tamquam res a re distinguitur ab essentia*" (*Ibidem* col. 221, 222). No nos detenemos a copiar sus argumentos.

3) Define la existencia, atendiendo a la significación del nombre: "*id quo formaliter res extra suas causas actualiter esse intelligitur*". Quizá provenga de "*extra-sistencia*, hoc est, extra potentialitatem actualitas" (56).

En su realidad, tal como la explica Báñez, "*nihil aliud est quam habere esse actu extra causas*" (57). Analizando aún más, "*Ratio existentiae creatae magis et principalius consistit in hoc quod sit terminus complens dependentiam substantiae quantum ad hoc quod fiat et sit extra nihil, quam in hoc quod ipsa existentia sit recepta in ipsa substantia tanquam in subiecto et ab illa limitata*" (58).

4) La existencia de la sustancia pertenece a la categoría sustancial. La existencia del accidente pertenece a la categoría accidental. No se trata, sin embargo, de una pertenencia por reducción de lo imperfecto a lo perfecto o de la parte al todo, sino por actuación completa prima e intrínseca por lo que las cosas existen (59).

Si decimos que la existencia sustancial se "reduce" a la sustancia, no es en el sentido que participe de la sustancia, sino a la inversa: es la sustancia la que participa de ella (60).

5) Báñez ha puesto gran empeño en exponer la primacía de la existencia sobre la esencia en las criaturas. La razón fundamental es porque la existencia confiere a la esencia su primera y última actuación. Ha elaborado todo un *dubium* sobre ello: "Dubitatur tertio utrum existentia sit perfectior quam essentia cuius est existentia". Contesta con dos conclusiones:

Primera: "Simpliciter loquendo esse est maior perfectio quam essentia cuius est esse".

(56) *Ibidem*, dubio 1, col. 215.

(57) *Ibidem*, ad 3, col. 219.

(58) *Ibidem*, dubio 1, *quinta conclusio*, col. 217.

(59) "Sexta conclusio: Existentia iquae complet potentialitatem substantiae non solum ut fiat extra nihil, sed ut per se existat, id est, non in subiecto, huiusmodi (inquam) existentia ad praedicamentum substantiae reducitur, non tamquam potentialitas, nec tamquam proprie differentia: sed tanquam prima actuallitas complens modum intrinsecum substantiae, qui est esse per se, hoc est, quo substantia per se primo habet esse".

"Ultima conclusio: existentia accidentis eo modo proportionabiliter pertinet ad accidentis, sicut existentia substantiae ad substantiam" (*Ibidem*, col. 217 y 218).

(60) "Est prima actualitas complens et terminans modum intrinsecum substantiae. Atque ita, sicut diximus, quedam modo reducitur ad substantiam non tanquam participans substantiam, sed tanquam aliquid primo participatum ab illa" (*Ibidem*, ad primum, col. 218).

Segunda: "Secundum quid essentia quae recipit esse potest dici perfectior illo in quantum limitat ad determinatam speciem" (61).

6) Ha señalado magistralmente dos aspectos o dimensiones de la existencia creada: la existencia como *perfección intensiva* o actuación entitativa de la naturaleza creada, y la existencia como *duración* o permanencia temporal fuera de la nada (62).

En la moderna literatura existencialista suele tratarse el tema de la existencia bajo el segundo aspecto. En el aspecto filosófico es (de-

(61) *Ibidem*, dubio tertio, col. 225 y 226.

Ya antes había escrito: "Et quantum ipsum esse receptum in essentia composita ex principiis essentialibus specificetur ab illis, tamen in eo quod specificatur, nullam perfectionem recipit, sed potius deprimitur, et descendit ad esse secundum quid, eo quod esse hominem, esse se angelum, non est perfectio simpliciter. Et hoc est quod saepissime D. Thomas clamat, et Thomistae nolunt audire: quod esse est actualitas omnis formae vel naturae, sicut in hoc articulo in ratione secunda dicit, et quod in nulla re invenitur sicut recipiens et perfecibile, sed sicut receptum et perficiens id in quo recipitur: ipsum tamen, eo ipso quod recipitur deprimitur et, ut ita dixerim, imperficitur" (*Ibidem*, q. 3, a 4, col. 214).

"Quo fit, ut proprius ego dicere, quod ipsum esse sive existentia excellens quid est quam omnia genera: neque ad aliquod genus reducitur tanquam ad aliquid perfectius ipsa: sed eius reductio ad genus magis est limitatio existentiae, et imperfectio quam extensio ad aliquid perfectius. Hoc enim modo partes substantiae reducuntur ad substantiam tanquam ad aliquid melius, et differentiae coniunctur ad latus praedicamenti. Existentia vero completivum est generis et differentiae et omnium quae sunt in praedicamento. Quapropter iudicio meo ipsum esse non proprie dicitur reduci ad praedicamentum, sed potius participari et limitari ab omni praedicamento, et ab omni genere differentia praedicamentali, ipsum autem esse non participat aliquid, sed ab omnibus participatur, ut docet D. Tho. saepe numero, praesertim in q. unica de anima, art. 6, ad. 2. Et confirmatur hoc.

Quoniam nemo dixerit quod ens reducitur ad praedicamentum, sed potius dicimus quod ens finitum dividitur in praedicamenta per diversos modos quibus limitatur, tanquam aliquid intimum omni generi et omni differentiae praedicamentali. Cum igitur ens importet quod habet esse sicut potentia habet actum, quomodo verificabitur quod ipsa potentia non reducatur ad praedicamentum, et ideo actus reduplicatur? Haec dicta sint pro ingeniosis et metaphysicis, non pro iis qui rudi minerva cuncta considerant" (*Ibidem*, dubio 1, conclusio VI, col 217-218).

(62) "Quoniam durare intrinsece et formaliter est permanere in esse et quid absolutum non importans habitudinem ad aliquid extrinsecum, et quantum explicetur et cognoscatur per ordinem ad tempus, tamen iste ordo non pertinet ad eius rationem formalem. Est enim prius ordine naturae quasi fundamentaliter rem permanere in suo esse, quam quod ita permanens sit in tempore. Quemadmodum prius est, rem habere modum essendi quantitativum, quam mensurari loco. Respondetur secundo. Nego maiorem. Quoniam duratio supra existentiam reddit permanentiam et continuationem. Unde existere per horam non est simpliciter existere, simpliciter (siquam) et absolute. Hoc enim nihil aliud est quam habere esse actu extra causas. At vero quod tanto tempore aut tanta duracione habeat esse, non includitur in ratione absoluta existentiae, et ideo existentia absolute distinguitur a duratione rei. Et per hoc patet ad confirmationem priorem. Quoniam enim continuatio rei et ipsa res non distinguuntur tanquam res a re, distinguuntur tamen sicut res et modus eius" (*Ibidem*, dubio 1, ad 3, col 219).

be ser) el primer aspecto el que interesa. La duración o permanencia temporal más o menos larga y arriesgada de la existencia concreta, por fuerza de su movilidad o contingencia, no es objeto de ciencia, y menos de ciencia metafísica. Cuando quede petrificada en el pretérito, entonces pasará al dominio de las ciencias empíricas. La dimensión temporal de la existencia creada, sobre todo tratándose de la humana, es del máximo interés como contenido personal y como fenómeno a experimentar continuamente (no hará falta decirlo); pero una cosa es esto, y otra cosa es darle primacía como objeto de conocimiento científico (63).

El ser de existencia entra, naturalmente, en el dominio de la Metafísica bajo el primer aspecto: como acto perfectivo o intensivo: no bajo el segundo aspecto, como duración existencial (64).

7) Báñez, al querer poner de relieve el aspecto perfectivo y actualizador de la existencia, parece no advertir la actualidad perfectiva de la esencia en su propio orden (65). Es una mancha (digámoslo ya) en su Metafísica.

8) Nuestro teólogo trató expresamente, pero de paso y en pocas palabras, de la extensión del objeto de la Metafísica, en el comentario al artículo 7 de la q. 1 al señalar la diferencia entre Teología y Metafísica. Dice así:

"Adverte differentiam inter nostram Theologiam, et Metaphysicam respectu Dei. Nam si Metaphysica agit de Deo, respicit illum

(63) En algunos teólogos, en sintonía con la temática existencialista, se nota la misma inversión de valores noéticos: del hecho de que ciertas realidades cristianas pidan mayor aplicación del espíritu a ellas, e incluso de que el mérito de nuestra vida esté cifrado principalmente en ello, quiere inferirse que la vitalidad y autenticidad de la Teología se mida también por el empeño que se ponga en el conocimiento de las mismas.

(64) Últimamente ha insistido en esto mismo, con gran acierto, a mi entender, L. SALERNO, O. P.: *L'essere tomistico e l'ordine metafisico*, en *Sapienza*, 15 (1962), p. 407-10.

(65) "Cum enim esse sive existentia sit prima actualitas, non solum in intentione generantis, sed etiam in ratione formalitatis, cum nihil intelligatur nisi ut habet esse, vel cum intrinseco ordine ad esse, falsum videtur dicere quod ipsum esse est ultimum in intentione generantis, et quod propterea ipsum esse dicatur ultima actualitas rei. Et confirmatur: quia via generationis cum generatur homo, non potest prius esse embryo, quam existentia. Iam enim in eo quod dicitur: est embryo, praeintelligitur existentia. Neque aliqua forma via generationis potest esse prius quam sua existentia. Imo vero neque intelligi potest res aliqua in potentia prius quam intelligatur ipsam essentiam esse possibiliter actuare potentiam" (L. c., dub. 1, col. 219ab).

ut partem potissimum sui objecti adaequati, quod est ens. Theologia vero respicit Deum, ut totum et integrum objectum non habens partes subjectivas. Nam quidquid aliud considerat ea solum ratione considerat, quatenus aliquiliter ordinatur ad ipsum" (66). Parece, pues, pensar que Dios es parte del objeto propio de la Metafísica.

#### 7.—DIEGO MAS, O. P. († 1608).

1) Diego Mas ha planteado expresamente la cuestión "an ens quod est divisum in decem categorias significet essentiam nec nec". A lo que contesta afirmativamente :

"Illud ens quod est per se divisum in decem categorias est ens ut significat essentiam vel, ut aliorum verbis utar, est ens nominaliter sumptum" (67).

Da tres razones : a) por la autoridad de Santo Tomás (*Quodl.* 2, q. 2, a. 1 ; *X Met.*, lec. 3) ; b) porque en las categorías nos encontramos con la división acto-potencia, que no conviene a la existencia ; y c) porque la existencia, al ser accidental y contingente, no puede darse en las categorías del ser.

La existencia se difunde por todas las categorías y solamente en este sentido queda reducida a ellas (68).

2) Diego Mas reconoce la actualidad propia de la esencia (69), aunque concediendo que la actualidad de la existencia es más noble (70).

3) La "*Philosophia Prima agit de ente in communi*" (71). Y declara que "contemplatur objectum ab omni materia tam sensibili quam intelligibili separatum" (72).

(66) Ed. cit. pol. 77.

(67) *Commentaria in Porphyrium et in universam Aristotelis dialecticam*, Secilio I, quaestio 6, Valentiae, 1592, p. 609.

(68) "Existentia non continetur in certa aliqua categoria, sed sese per omnes diffundit, unde reductive continetur in categoriis hac lege ut existentia substantia continueatur reductive in hac categoria et existentia quantitatis in categoria quantitatis, et sic de aliis omnibus" (*Ibidem*, p. 610).

(69) "...duplicem esse actum: unum secundum essentiam et alterum secundum existentiam. Ens igitur quod est divisum in decem categorias est illud quod significat actum essentiae, non autem illud quod significat actum existentiae" (*Ibidem*, ad 1, p. 610).

(70) "Unde, quamvis existentia sit nobilior essentia..." (Ib., ad 2).

(71) *Commentaria in universam philosophiam Aristotelis una cum quaestitionibus quae a gravissimis philosophis agitantur*, q. 4 proemiali. Valentiae, 1959, p. 11.

(72) *Ibidem*, q. 2, p. 7.

4) Al "ens in communi", que es objeto de la Metafísica parece darle toda la amplitud, alcanzando tanto al ser real como al ser de razón (73).

#### 8.—PEDRO DE LEDESMA, O. P. († 1616).

Entre los autores antiguos que han tratado el tema del ser y de la existencia sobresale Pedro de Ledesma con su monumental obra *Tractatus de divina perfectione, infinitate et magnitudine, cui annexus est tractatus de perfectione actus essendi creati*. Nos interesan, naturalmente, sus ideas sobre el ser y lo que ha pensado concretamente sobre el objeto de la Metafísica.

1) Reconoce la composición real de esencia y existencia, tanquam res a re en toda creatura. Se ha detenido a probarlo en varias ocasiones, dándolo siempre, además, como doctrina de Santo Tomás (74).

2) La existencia es más perfecta que la esencia (75), por ser la actuación última de toda otra forma (76).

3) La esencia, sin embargo, tiene su propia actualidad, distinta de la de la existencia (77), y de ella recibe la existencia cierta determinación, aunque no sea perfectiva: el modo categorial (78).

(73) Cf. *De transcend.*, Lib. I, cap. 8, concl. I.

(74) "Longe probabilius est, et fideli et Theologiae magis consentaneum, quod esse distinguitur tanquam res a re ab essentia, et non solum formaliter ex natura rei" (*De divina perfectione, etc.*, quaestio 4, art. 2. Ed. Salmanticae, 1596, p. 203b). Da las pruebas a continuación y en otras ocasiones, v. gr., p. 192b, 200, 201.

(75) "Longe probabilius sententia est et mihi certissima quae asserit quod esse in creaturis est perfectissimum omnium perfectionum quae in illis reperiuntur" (*Ibidem*, quaestio 12, IV conclusio, p. 771b).

"Omnis quidditas et natura creata quantumcumque secundum rationem quidditativam sit actualis, relate tamen ad actum essendi habet rationem potentiae, ut dicemus in solutione ad ultimum principale. Forma namque et essentia actuatur per hoc quod dicimus esse. Verbi causa, forma angelica vel sapientia creata, quamvis sint actualitates, tamen, si referantur ad actum essendi, habent rationem potentialitatis" (*Quaestio radicalis*, p. 11b).

(76) "Esse non solum est actualitas respectu essentiae et aliarum perfectionum, verum etiam tenet primum locum inter omnes actualitates creatas" (*Quaestio 12*, art. 2, conclusio 2, p. 784b).

(77) Cf. nota 71.

(78) "Ipsum esse non est in potentia ut actuetur per aliud esse vel per alium actum, sicut forma quae est actus est in potentia ut actuetur per alium, scilicet

4) La existencia no es un transcendental (79); no pertenece ni a la categoría de sustancia ni a la del accidente; se reduce a la categoría de sustancia c a las categorías de los accidentes, según que la esencia a la que actualiza sea sustancia o accidente (80). Cuando se dice que la existencia es accidental debe entenderse del quinto previsible, no de las categorías de accidente (81).

5) Ledesma distingue entre objeto adecuado o especificativo y objeto propio. Llama objeto adecuado o especificativo del entendimiento a todo aquello que es alcanzado por el entendimiento; y objeto adecuado de una ciencia, a todo aquello que cae bajo el alcance de ella (82). Debemos tener en cuenta esta terminología del autor en lo que nos va a decir luego.

6) El *esse* para Ledesma tiene dos acepciones: el *acto de existir*, y la *naturaleza existente*. Y el *esse* en este segundo sentido puede entenderse con abstracción *total* o con abstracción *formal* (83).

---

per actum essendi, et ipse actus essendi simpliciter et absolute habet se ut actus et formale respectu essentiae. Nihilominus tamen essentia aliquo modo se habet ut actualitas et formale respectu actus essendi, quoniam essentia quodammodo determinat ipsum esse, ut sit huius vel illius speciei, quod quidem quandam formalitatem dicit, et ita quodammodo recipit actualitatem et formalitatem ab essentia. Nam esse specificum quaedam actualitas et formalitas est. Unde esse creatum aliquam includit potentialitatem, et sic non est actus purus" (Quaestio 4, art. 2, p. 206b).

"Ceterum actus essendi aliquo modo actuatur per essentiam; non tamen actuatur ita ut perficiatur ab illa" (Quaestio 12, art. 2, p. 796a).

(79) "Esse proprie et in rigore non est transcedens, nec praedicatum transcedentiale. Non enim praedicatur de omnibus rebus, nam, ad minus, non convenit rebus praedicamentalibus non existentibus, quod erat necessarium ut simpliciter et in rigore esset praedicatum transcedentiale. Habet tamen quemdam modum praedicati transcedentalis, nam cum esse sit universalissima actualitas omnium rerum, ut infra dicemus, convenit omnibus rebus existentibus, non quidem essentialiter, sed accidentaliter" Quaestio 4, art. 2, p. 208a).

(80) Ampliamente en Quaestio 12, artículos 3-4, p. 797-806.

(81) "Secundo sequitur quod haec praedicatio "homo est", "angelus est", "creatura est", est praedicatio quinti praedicabilis, quamvis praedicetur actus quidam substantialis..." (Quaestio 12, art. 3, p. 799a).

(82) "Notandum est primo quod obiectum intellectus est duplex: aliud est obiectum adaequatum et totale quod ambit et continet totam latitudinem totius rationis formalis, ita ut potentia non se possit extendere ad aliquid aliud extra illud. Et hoc adaequatum obiectum vocatur specificativum, quoniam ab illo sumit potentia suam specificationem, et per ordinem ad illud constituitur in sua essentia. Aliud vero obiectum est proportionatum potentiae, quod habet proportionem et connaturalitatem cum ipsa potentia, ita ut obiectum nullum excessum habeat supra potentiam" (Quaestio 8, art. 2, p. 490a).

(83) "Notandum est quod esse apud theologos dupliciter potest accipi: Primo modo ut designet ipsam naturam et essentiam cum suo ultimo complemen-to et actualitate, ita quod esse importet naturam entis actu existentis consum-

7) En el conocimiento del ser (como naturaleza existente o al menos como capaz de existir) hay que distinguir dos momentos: la primera aprehensión confusa, por abstracción total, que es el conocimiento intelectual originario, y por tanto el más imperfecto; y el conocimiento perfecto por abstracción o penetración formal en toda su actualidad y virtualidades (84).

8) El ser que es objeto de la Metafísica no es el ser-existencia, puesto que el objeto del entendimiento abstractae de la existencia (85), ni el ser abstracto con abstracción total (86), sino el ser-naturaleza existente (o capaz de existir) aprehendido en quanto ser por abstracción formal, es decir el ser como perfección suma, en que se resuelven todas las demás perfecciones (87).

---

*mate et perfecte. Et in hac acceptione non disputatur hic praecipue, quamvis aliquid de hoc dicemus. Secundo modo potest accipi ut designet ipsam actualitatem quam praesefert praecise loquendo, ita ut tantum denotet actualitatem existentiae. Et in hac acceptione praecipue et ex principali intento disputatur hic.*

*Quod si accipiatur primo modo adhuc duplíciter considerari potest: Primo modo ut ens est abstractum abstractione totali a speciebus et generibus, sicut animal abstrahitur abstractione universalis ab homine et equo tanquam totum quoddam universale, et potentiale. Secundo modo considerari potest ens ut abstractum abstractione formalis iquidam, abstrahendo id quod formalissimum est et actualissimum, praescindendo et relinquendo id quod potentialitatis est et imperfectionis in ipsis rebus" (Quaestio 12, p. 764b, 765a).*

(84) "Nam esse consideratum secundum illam abstractionem universalem et totalem est maxime potentiale; ergo est imperfectissimum omnium..."

*Esse ita consideratum est primum cognitum ab intellectu via generationis. Prima enim forma quae actuatur intellectum est esse sic consideratum. Ergo esse ita consideratum est imperfectissimum omnium quae reperiuntur in creaturis" (Quaestio 12, p. 767a).*

*"Si consideretur ens abstractum primo modo est primum cognitum via generationis: si autem consideretur ens abstractum secundo modo, est primum cognitum via perfectionis. Et ita, si consideretur ens primo modo, est veluti forma secundum esse imperfectum, qua actuatur intellectus. Si vero consideretur ens abstractum secundo modo, est veluti forma secundum esse perfectum, qua actuatur intellectus. Et ideo intellectus noster, cum procedit ab ente abstracto primo modo usque ad ens abstractum secundo modo procedit de potentia ad actum et a forma intelligibili imperfectissima usque ad formam perfectissimam et quae tenet ultimum locum in perfectione" (Quaestio 12, art. 1, p. 780b). Cf. pp. 43b, 66a, 72a, 86b.*

(85) "Intellectus vero respicit ens sub abstractiori ratione et prout abstrahit ab existentia in actu exercito" (Quaestio 4, subart., p. 272a).

(86) "Si esse consideretur ut abstractum abstractione universalis, est imperfectissimum omnium cognoscibilium et isto modo non est obiectum Metaphysicae" (Quaestio 12, p. 767b).

(87) "Si autem consideretur ut abstractum abstractione formalis, est perfectissimum omnium cognoscibilium et obiectum Metaphysicae. Haec conclusio est certissima, et non est difficultas de esse accepto isto modo, sed de actu essendi, ut est ultimus terminus conditinus ab ipsa natura entis, et ab ipsa essentia" (*Ibidem*).

9) El ser que es objeto de la Metafísica comprende tanto el ser sustancial como el ser accidental ; tanto el ser creado como el ser in-creado : todo el ser real (88).

(Continuará)

VICTORINO RODRIGUEZ, O. P.

---

"Ens abstractum abstractione formalí est perfectissimum omnium, ex eo quod est formalissimum omnium et non quia est universale per praedicationem, sed, ut dixi, quia est universale per modum formae. Et ita est obiectum intellectus perfectivum illius, ut explicabitur infra, et secundum istam rationem est etiam obiectum Metaphysicae, quae est perfectissima scientia, quoniam est perfectissimum (sic) omnium" Quaestio 12, art. 1, p. 781ab). Cf. también p. 2a, 766b, 777b, 836a.

(88) "Metaphysica —dice con Cayetano y Soncina— quae est una scientia specie, specificatur ab unioa ratione analogia, scilicet a ratione entis ut abstrahit a substancia et accidenti, Deo et creaturis, nam Metaphysica considerat ens in quantum ens quod est analogum" (Quaestio 8, art. 2, p. 498a).

"Obiectum Metaphysicae est analogum ad Deum et creatureas, nam est ens in quantum ens. Tamen Metaphysica naturaliter inclinatur ad cognoscendum Deum prout est eius obiectum, et Deus ut sic non est obiectum impropotionatum" (Quaestio 8, art. 3, p. 519a). Cf. 502b, 506b.